

Alcmanis

fragmentum de Tantalō.

Schol. Pind. Olymp. I, 97. Ἀλκαῖος δὲ καὶ Ἀλκμᾶν λίθον φασὶν ἐπαιωρεῖσθαι τῷ Ταντάλῳ. — ὁ δὲ Ἀλκμᾶν Ὅπως ἀνῆρ δ' ἐν ἀσμένοισιν ἀλιτηρὸς ἦστ' ἐπὶ θάκας κατὰ πέτρας, ὀρέων μὲν οὐδέν, δοκέων δέ. ἐποίησε δὲ καὶ ὁ Ἀρχιλοχός· Μηδ' ὁ Ταντάλου λίθος τῆσδ' ὑπὲρ νήσου κρεμάσθω.

In uno Cod. Vratisl. ὄπη et ἦσθ'. Ursin. ἦσθ' ἐπὶ θάκας, ita etiam H. Steph. in ed. a. 1567, in sequentibus inde ab a. 1600 ἦσθ' ἐπιθάκας. Uterque ὀρέων. Heyn. ἦστ' ἐπὶ θάκας.

Poetae verba, variis tentata emendationibus, sana sunt, modo recte interpreteris. Communis errorum caussa fuit quod de Tantalō apud inferos poenas sustinente cogitarunt Critici, quem Alcman vivum superbiam et caecam cupiditatem luentem facit in Olympo ad mensam deorum admissum. Fabulam ex Reditu Atridarum, quem ab Agiae Troezenii Νόστοις non diversum esse carmen olim ostendi, refert Athenaeus VII p. 281 b. Φιλήδορον δ' οἱ ποιηταὶ καὶ τὸν ἀρχαῖον φασὶ γενέσθαι Τάνταλον. ὁ γοῦν τὴν τῶν Ἀτρειδῶν ποιήσας κάθουσαν ἀφικόμενον αὐτὸν πρὸς τοὺς θεοὺς καὶ συνδιατρίβοντα ἐξουσίας τυχεῖν παρὰ τοῦ Διὸς αἰτήσασθαι ὅτου ἐπιθυμῆ. τὸν δὲ πρὸς τὰς ἀπολαύσεις ἀπλήστως διακείμενον ὑπὲρ αὐτῶν τε τούτων μείαν ποιήσασθαι καὶ τοῦ ζῆν τὸν αὐτὸν

τρόπον τοῖς θεοῖς. ἐφ' οἷς ἀγανακτῆσαντα τὸν Δία, τὴν μὲν εὐχὴν ἀποτελέσαι διὰ τὴν ὑπόσχεσιν, ὅπως δὲ μηδὲν ἀπολαύη τῶν παρακειμένων, ἀλλὰ διατελῆ ταραττόμενος, ὑπὲρ κεφαλῆς ἐξήρτησεν αὐτῷ πέτρον, δι' ὃν οὐ δύναται τῶν παρακειμένων τυχεῖν οὐδενός. Quae fabula docet, hominum cum opibus et splendore interdum cupiditatem crescere in immensum, divinitus autem ita constitutum esse, ut secretis curis excrucientur qui insatiabili honoris et gloriae cupidine stimulati summa contra quam fas erat appetiverint. Huius sollicitudinis imago eximie excogitata sunt saxa Tantalī ad mensam deorum evecti capiti imminētia, quibus territus et impeditus paratis frui non potest. Cui quum ad deos accedere, inter eos versari contigisset, qui summus dignitatis gradus mortali concessus putandus est, et Iupiter cumulum felicitatis ei attulisset ultro promittens, si quid peteret, desiderium eius se esse expleturum, ille una omnia complexus, victus deorum participes, immortalis fieri postulat. Iupiter stat promisso, ad epulas deorum admittitur Tantalus, sed quod insana ambitione partum erat, eo tranquille frui non valet.

Saxa in deorum aula super Tantalō suspensa non vera fuisse, sed phantasma a Iove Tantalō immissum, poeta liquido monet. Ita Pentheus solem geminum et duplices Thebas videt Eurip. Bacch. 916, Virg. Aen. IV, 468, Io phantasmatis terriatur apud Aeschylum (Prom. 565 εἶδωλον Ἄργου γηγενοῦς) et Orestes (Choeph. 1043 τίνες σὲ δόξαι — στροβοῦσιν; cf. Eurip. Iph. T. 285), Medea Talo simulacra obicit, ἐκ δ' αἰδέηλα δείκελα προῖαλλον, Apollon. Rhod. IV, 1671. Hoc modo cruciatus, ita enim supplenda est Athenaei narratio, Tantalus, cui licuit soli superiorum tangere mensas, quae verba sunt Ovidii Metam. VI, 173, humani moduli memor factus, superbia abiecta, a Iove petit ut surgere liceat et ad mortales redire. Aeschylus hanc ipsam fabulam interpretatur in Niobe tragoedia, ubi Tantalus confitetur, propter immensas divitias animum suum superbia elatum quasi in coelo versari visum esse; iam in terram relapsum humanae fortunae fragilitatem

persentiscere. 1) Confirmant hunc fabulae exitum, praeter eiusdem imitationem ingeniosam, de qua postmodo dicam, Nicolai Comici, cuius fragmentum integrius, non totum, infra exscribam, haec verba:

εἴτ' ἀκουσίῳ

δίφρω περιπεσῶν δυναμένῳ λιμὸν ποιεῖν,

ἀπὸ τῆς τραπέζης ἐξαπίνης ἀπεστράφη.

In quibus verba ἀκουσίῳ δίφρω περιπεσῶν nil aliud significare possunt quam solium in quo magnifice inter deos sederet, mox ei visum esse ingratum, quasi fixus et dans poenas in eo haereret, ut famem idem excitans dicitur pro eo quod ambrosiam porro non sineret appetere.

His praemissis facillime intelligi posse videntur Alcmanis ipsa verba et emendatione egere nulla, sed interpunctione solummodo mutata:

ὅπως ἀνὴρ δ' ἐν ἀσμένοις ἀλιτροῶς

ἦστ' ἐπὶ θάκας κάτα, πέτρας ὄρέων μὲν

οὐδέεν, δοκέων δέ.

Ὅπως, ὡς, ut κῦμ' ὅπως apud Aeschylum, πύκτις ὅπως, ὅπως δρῶν ὑλοτόμοι apud Sophoclem, ut ὅπως καρπὸν dicit Melinno. Coniecerunt οὕτως Porsonus ad Eurip. Or. 5 et Fr. Jacobs. ad Anthol. T. VI p. 176. Qui supra humanam sortem efferrī gestiverat, iam miserrima conditione, metu sollicitus et culpaē suae, immodestiae et temeritatis sibi conscius, ὅπως ἀλιτροῶς, ut maleficus, wie ein armer Sünder, inter laetos, ita nunc inter beatos deos assidet. Formam ἀλιτροῶς, qua sola utuntur Homerus, Simonides Amorginus, Solon, Theognis, Pindarus, Crinagoras et Philippus, propter metrum praefero alteri ἀλιτηροῶς, quam soli praeter Alcmanem Sophocli vindicare conatur Doederlein ad Oed. Col. 364, cum eodem anno G. Hermannus ad eundem locum non Graecam esse doceret. Cum ἦστο iungo praepositionem ab omnibus ad πέτρας tractam, post verbum suum hic positam ut in τάμον κάτα μέλη

1) Polycrates in crucem actus οἶδα, ἔφη, κάμαντὸν οὐ πρὸ πολλοῦ θεωρῆσαι δόξαντα ὑπὸ τοῦ Ἥλιου ἀλείφασθαι, λούεσθαι δὲ ἐπὸ Διός. Philo ap. Euseb. Pr. ev. VIII, 14 p. 408 ed. Heinenchen.

ap. Pindarum Ol. 1, 49. Ad Callimachi verba *σὺ δὲ κρεί-
ουσα κάθησαι* H. in Del. 219 Ruhnkenius monet, hoc ver-
bum cum dignitatis significatione proprie de domina dici, ut
in Aristophanis Pluto 533 *τὸν χειροτέχνην, ὥπερ δέσποινα,
ἐπαναγκάζουσα κάθημαι*. *Θάκα* Dorice pro *Θώκη*, hoc autem
pro Homericō *Θῶκος* et Allico *Θᾶκος*, ut plurima nomina binas
habent generis formas, *σάλος, σάλη, ζάλος, ζάλη, ἐρεμός,
ἐρεμῆ, σκόπος, σκόπη, Πύλος, πύλη, πῶρος, πώρη* (T. H.
ad Plut. 34), *κότυλος, κοτύλη* (Lobeck. adv. Gramm. de no-
minum Graec. motione p. 5). *Ὀρέω* invenitur etiam in Cod.
Theocriti XXVI, 14, uti *τιμέω* in psephismate Agrigentinarum,
ἀτέω pro *ἀτάω*, *ξυρέω* pro *ξυράω*. Choriambicus versus
qualis est secundus praeter hunc non legitur in Alcmanis
fragmentis.

Critici, ut diximus, quamvis certo extilit fabula de saxo
supra Tantalum viventem suspenso, dum dei partes sustineret,
beatitudine autem divina propter angorem animi frui non pos-
set, quam etiam veteres haud pauci vel ignorarunt vel non
uti par erat distinxerunt, Alcmanis verba de Tantalō apud
inferos poenas luente intelligunt. Et G. Hermannus, cum olim,
Agiae fabula usus, quamvis non optime tunc variis veterum
de Tantalō locis inter se conciliatis, contrarium contendis-
sem, in censura editionis meae in Diurnis Ienensibus 1816
num. 154 s. sic restituendum censuit fragmentum: „ὅπως
*ἀνὴρ δ' ἀλιτηρὸς ἦσσι' ἐπὶ θάκοις κάτω πέτρας, ὄρέων μὲν
οὐδὲν, δοκέων δὲ, unter dem Felsblock, zwar ihn nicht
sehend, aber wāhnend zu sehen,*“ deletis verbis *ἐν
ἀσμένοισιν*, suspectis iis iam Ursino, qui ab orco alienos esse
intelligeret *ἀσμένους* et *ἐν φθιμένοισι, ἐνέροισι* exspectaret.
Hermannum ducem sequuntur Schneidewinus in Delectu p. 257
et Th. Bergk in Poetarum lyricorum ed. priore fr. 76, qui
in altera p. 671 et in Anthol. lyr. p. 260 scribendum esse
duxit: *ὁ δὲ Ἄλκμᾶν οὕτως·*

*Ἄνῆρ δ' ἐν ἀρμένοις ἀλιτηρὸς ἦσται
ἐπὶ θάκος κατὰ πέτρας,*

ὄρεών μὲν οὐδέν, δοκέων δέ.

Praeiverat A. Hecker in Epist. crit. ad Schneidewinum, Philol. V p. 448 (ἀλιτηρός ἀνὴρ πᾶσιν ἐν ἀρμένιοις.) Minime omnium laudanda est O. Schneideri restitutio in Diario quod inscribitur Zeitschr. f. Alterthumswiss. 1840 p. 1274 s.

Fabula ab Alcmane post Agiam prodita ad tyrannidis beatitudinem cum miseria coniunctam accomodata est. Historiam de Dionysio maiore et Damocle norunt omnes: originem commentum non item.

Destructus ensis cui super impia
cervice pendet, non Siculae dapes
dulcem elaborabunt saporem.

Sed quidni apponam integram Ciceronis in Tuscul. V, 21 lepidam narrationem? *Quum quidam, inquit, ex adsentatoribus, Damocles, commemoraret in sermone copias eius, opes, maiestatem dominatus, rerum abundantiam, magnificentiam aedium regiarum, negaretque unquam beatiorem quemquam fuisse: visne igitur, inquit, o Damocle, quoniam haec te vita delectat, ipse eandem degustare et fortunam experiri meam? Quum se ille cupere dixisset, collocari iussit hominem in aureo lecto, strato pulcherrimo textili stragulo, magnificis operibus picto, abacosque compluris ornavit argento auroque caelato. Tum ad mensam eximia forma pueros delectos iussit consistere, eosque nutum illius intuentis diligenter ministrare. Aderant unguenta, coronae: incendebantur odores: mensae conquistissimis epulis exstruebantur; fortunatus sibi Damocles videbatur. In hoc medio apparatu fulgentem gladium, e lacunari seta equina aptum, demitti iussit, ut impenderet illius beati cervicibus. Itaque nec pulchros illos ministratores adspiciebat, nec plenum artis argentum, nec manum porrigebat in mensam; iam ipsae defluebant coronae: denique exoravit tyrannum, ut abire liceret, quod iam beatus nollet esse.*²⁾ Satisne

2) Philo ap. Euseb. Pr. ev. VIII, 14 p. 409 in eadem narratione: ἐπεὶ δὲ κατακλιθεὶς εἶδεν αἰφνίδιον (τὸν πέλεκυν), οὐτ' ἐξαραστῆναι θαρρῶν διὰ τὸν τύραννον, οὐτ' ἀπολαῦσαι τινὸς τῶν παρ-

videtur declarasse Dionysius, nihil esse ei beatum, cui semper aliquis terror impendat?

Saxum superne imminens etiam per se et ex fabulae quam vidimus tenore avulsum apta est imago et quasi tessera perturbationis, metus, terroris, periculi, eaque usum videmus Archilochum:

μηδ' ὁ Ταντάλου λίθος
τῆσδ' ὑπὲρ νήσου κρεμάσθω.

In quo Tantalī adiectum nomen non eo valere puto, ut ab eius κόρη cavere sibi Thasios suos iubeat, quamvis ex hoc loco liquet, fabulam non ab Agia inventam, sed antiquiorem esse. Similiter Pindarus I. VII, 9:

ἐπειδὴ τὸν ὑπὲρ κεφαλᾶς
γε Ταντάλου λίθον παρὰ τις ἔτρεψεν ἄμμι θεός,
ἀτόλματον Ἑλλάδι μόχθον.

Alii eadem imagine utentes memoriam originis eius ex fabula Tantalearum non redintegrant, ut Mimnermus:

τὸ δ' ἀργαλέον καὶ ἄμορφον
γῆρας ὑπὲρ κεφαλᾶς ἀντίχ' ὑπερκρέμαται.

Simonides Ceus: ὁ δ' ἄφυκτος ἐπικρέμαται θάνατος. Theognis 206 οὐδὲ φίλοισιν Ἄτην ἐξοπίσω παισὶν ἐπεκρέμασεν. Quantum ea propagata fuerit in vulgarem usum, ex Hippocratis loco apparet, de homine ulcere laborante scribentis de morbis II p. 482 Foes. ἀλλ' ἐπὴν κατακλίνῃ δοκέει οἶον λίθος ἐκκρέμασθαι καὶ ἐξοιδέει καὶ ἐξερύθῃ. Non mirum igitur lapidem Tantalī, qui tam pervulgatus esset, etiam in orcum translatum et a Polygnoto in Lesche Delphica Homericis Tantalī supplicii adiunctum esse, ex descriptione Pausaniae X, 31 extr. Ὑπὸ τούτῳ δὲ τῷ πίθῳ Τάνταλος καὶ ἄλλα ἐστὶν ἔχων ἀλγεῖνά ὁπόσα Ὀμηρος ἐπ' αὐτῷ πεποίηκεν, ἐπὶ δὲ αὐτοῖς πρόσσεστίη οἱ καὶ τὸ ἐκ τοῦ ἐπηρητημένου λίθου δεῖμα. Πολύγνωτος μὲν δῆλός ἐστιν ἐπακολουθήσας τῷ Ἀρχιλόχου λόγῳ

εσκαυμένων διὰ δέος οἷός τε ὦν, ἀφθόγων καὶ πλουσίων ἀλογήσας ἡδονῶν, ἀνατίνας τὸν αὐχένα καὶ τὰς ὄψεις, ἐκαπαδόκει τὸν οἰκτιρον ὀλεθρον. συνείς δ' ὁ Διονύσιος, ἄρ' ἤδη κατανοεῖς, ἔφη, τὸν αἰοίδιμον καὶ περιμάχτην ἡμῶν βίον;

Ἀρχιλόχος δ' οὐκ οἶδα εἴτε ἐδιδάχθη παρὰ ἄλλων τὰ ἐς τὸν λίθον, εἴτε καὶ αὐτὸς ἐς τὴν ποιήσειν εἰσηνέγκατο. Observa Pausaniam, qui in Nostis testatur esse μνήμην καὶ Αἴδου καὶ τῶν ἐκεῖ δειμάτων (X, 28, 4) quique ex hoc ipso fonte quinque heroinas in Necyia sua exprimendas Polygnotum hausisse indicat, pro lapidis imminentis inventore Archilochum habere, qui tamen non ipsum Tantalī lapidem, sed Tantaleo similem intelligit. Hinc duo haec liquere videntur, primum Tantalum apud inferos punitum alienum esse ab Agia, tum Pausaniam eius Nostorum partis, quam ex Athenaeo novimus, non fuisse memorem. Nam quamvis cogitari possit, Agiam in Nostorum Necyia, cum rupem Tantalō imminentem describeret, data occasione, quomodo idem iam antea vivus et qua de causa eodem modo excruciatu simulque ex Olympo, non in terram relapsus, sed in orcum, et quidem una cum rupe ab ipso exinde inseparabili, deiectus fuerit, hoc tamen neque Iove, qualem illa sistit fabula, dignum esse, neque a Pausania ex Polygnoli tabula, cui Agiae Necyiam ob oculos versatam esse saepiuscule animadvertit, Tantalī poenas memorante omnino sileri potuisse videtur, cui liceret proximo rei auctori addere Archilochum, si antiquior Agia ipsi videretur et rei memoriam altius repetere vellet. Polygnotum coniungendo lapide cum siti fameque imitati sunt plurimi, inter quos est Maximus Tyrius XXXIV p. 352 Davis. 1703. Καὶ τὸ τοῦ Ταντάλου αἶνιγμα τοῦτο ἦν ἄρα δίψα διηνεκῆς ἀνδρὸς φιληδόνου καὶ ἡδονῆς νόματα προσιόντα καὶ ἀπιόντα αἰθῆς καὶ παλιόρροα ἐπιθυμιῶν καὶ λύπαι πικραὶ ταύταις ἀνακεκραμέναι καὶ ταραχαὶ καὶ φόβοι. ³⁾

3) Xenoph. Oecon. extr. ὁ Τάνταλος ἐν αἴδου λέγουσι τὸν αἰετὸν χρόνον διατρίβειν φοβούμενος μὴ δις ἐλοθάνῃ. Cic. Tusc. disp. IV, 16. Quid autem est non miserius solum, sed foedius etiam et deformius, quam aegritudine quis afflictu, debilitatu, iacens? Cui miseriae proximus est is, qui appropinquans aliquod malum metuit exanimatusque pendet animi. Quam vim mali significantes poetae impendere apud inferos saevum Tantalō faciunt.

Ob scelera animique impotentiam et superbiloquentiam. Liberi evagatur Eustath. Odys. p. 1700, 52—60.

Pindarus in carmine Olympico primo Agiae fabulam respexit quidem, sed immistis quibusdam aliunde acceptis non parum immutavit (54—61):

*Εἰ δὲ δὴ τιν' ἄνδρα θνατὸν Ὀλύμπου σκοποῖ
 εἰτίμασαν, ἣν Τάνταλος οὔτιος· ἀλλὰ γὰρ καταπέψαι
 μέγαν ὄλβον οὐκ ἐδυνάσθη, κόρη δ' ἔλεν
 ἄταν ὑπέροπλον, ἃν οἱ πατὴρ ὑπερκρέμασε καρτερόν
 αὐτῷ λίθον,
 τὸν αἰετὸν κεφαλᾷ βαλεῖν εὐφροσύνας ἀλάττει.
 ἔχει δ' ἀπάλαμον βίον τοῦτον ἐμπεδόμοχθον,
 μετὰ τριῶν τέταρτον πόνον, ἀθανάτων ὅτι κλέψαις
 ἀλίκεσσι συμπόταις
 νέκταρ ἀμβροσίαν τε
 δῶκεν, οἷσιν ἄφθιτον
 θέσαν· εἰ δὲ θεὸν ἀνὴρ τις ἔλπεται· τι λαθόμεν ἔρ-
 δων, ἀμαρτάνει.*

Poenae genus igitur idem est, sed crimen diversum, tentata Iovis fraudatio profanato neclare, ⁴⁾ et insuper, similitudine neglecta inter vilius genus et poenam ut ita dicam naturalem et necessariam, absconditum in pectore angorem (quales sunt Homericæ in Necyia), mutata est ipsius poenae vis et ratio, cum nunc non crimini accommodata, sed inter varia cruciatuum genera libere, vel potius quod forte iam antea cum Tantalo in alia fabula coniuncta fuerat, electa et ad arbitrium constituta sit; talemque sceleris vindictam consecrarium erat statim post facinus Tantalo in orci tenebras incluso infligi. Ceteroquin hanc solam luit poenam, μετὰ τριῶν τέταρτον πόνον, ut Tityus solo vulture, Sisypbus rupe relabente, Ixion, quem Pindarus etiam alio loco inter plexos apud inferos memorat (P. II, 21), rota ignea torquetur.

4) Simile est quod tangit Euripides Iph. T. 377, filius fallendi deos causa pro legitimo sacrificio eis appositus dissecatus; aliud crimen, sermones deorum evulgatos, indicat epigramma Brunck. Anal. T. II p. 18, *Τάνταλε καὶ σὲ γλώσσα διώλεσε καὶ σέο κούραν*, cf. Diod. IV, 74. Ovid. A. A. II, 606 (*garrulum* vocat), Sopater ap. Stob. XLIV p. 311, 47. Hyg. 82.

Posteriore aetate, quum solem esse lapidem physici docerent, Tantali crimen in eo constitisse dictum est ut primus impiae huius doctrinae auctor fuerit, poena autem in eo ut subter hoc lapide, inter coelum et terram in medio suspensus, lapidem quem mente concepisset, solem igitur in caput suum iamiam recasurum timeret. Hanc punitionem vivi physiologi (τιμώρημα ζῶντος) recte vocat Tzetzes Chil. V, 483. 461.) Euripides, Anaxagorae discipulus, simul novam doctrinam et quid ei superstitionis mutata fabula antiqua opposuerant, Electrae verbis exponit in Oreste 4—10 :

*Διὸς πεφυκῶς, ὡς λέγουσι, Τάνταλος,
κορυφῆς ὑπερέλλοντα δειμαίνων πέτρον,
ἀέρι ποτῦται καὶ τίνει ταύτην δίκην,
ὡς μὲν λέγουσιν, ὅτι θεοῖς ἄνθρωπος ὦν
κοινης τραπέζης ἀξίωμ' ἔχων ἴσον,
ἀκόλαστον ἔσχε γλῶσσαν, αἰσχίστην νόσον.*

Et 970—76:

*Μόλοιμι τὰν οὐρανοῦ
μέσον χθονός τε τεταμέναν
αἰωρήμασι πέτραν
ἀλύσει χρυσαίσι φερομένην
διναῖσι βῶλον ἐξ Ὀλύμπου,
ἔν' ἐν θρήνοισιν ἀναβοῶσω
πατρὶ γέροντι Ταντάλῳ.*

Verba ἀκόλαστον ἔσχε γλῶσσαν non ad secreta deorum cum hominibus communicata, ut visum est Tzetzac l. c. 479, sed ad impiam doctrinam physicorum spectant, nisi dicere malis Euripidem non tam serio et studiose atque nos hodie γένεσιν et nexum fabularum persequi, sed ne in eadem quidem tragoedia in tractanda fabula ex celebrioribus sibi constare. Stulti fuerunt qui etiam apud Pindarum de sole cogitarunt, ad quem annotatum legimus: ἔνιοι δὲ ἀκούουσι τὸν πέτρον ἐπὶ τοῦ ἡλίου. τὸν γὰρ Τάνταλον φυσιολόγον (Cod. Vindob. φυσιο-λογούμενον, teste Schubarto Quaestt. genalog. hist. p. 43) γενόμενον καὶ μύδρον ἀποφήναντα τὸν ἥλιον ἐπὶ τούτῳ δίκας

ὑποσχέιν, ὥστε καὶ ἐπαιωρεῖσθαι ἀντιῶ τὸν ἥλιον, ὕφ' οὐ
 δειματοῦσθαι καὶ καταπτήσσειν. περὶ δὲ τοῦ ἡλίου οἱ φυσικοὶ
 φασιν, ὡς λίθος καλεῖται ὁ ἥλιος. καὶ Ἀναξαγόρου δὲ γενό-
 μενον τὸν Εὐριπίδην μαθητὴν πέτρον εἰρηκέναι τὸν ἥλιον διὰ
 τῶν προεκκειμένων. Huius interpretis inscitiam singula pro-
 dunt, ut haec ὥστε καὶ ἐπαιωρεῖσθαι ἀντιῶ τὸν ἥλιον, et
 haec: περὶ δὲ τοῦ ἡλίου οἱ φυσικοὶ φασιν, ὡς λίθος καλεῖ-
 ται ὁ ἥλιος. Rem tangunt etiam Lucretius III, 980, *miser*
inpendens magnum timet aëre saxum Tantalus, ut famast,
cassa formidine torpens, Eustathius p. 1700, 60 et Nonnus
 XVIII, 31. XXX, 296, Tantalum dicens ἡεροφοίτην.

Qui noverit veteres scriptores plurimi quam incuriosi et
 adeo saepe leves esse soleant in fabulis antiquis interpretan-
 dis, variandis, consilio quisque suo accomodandis, non mi-
 rabiur etiam in hac, de qua agitur, multa passim confundi,
 non haberi rationem diversitatis vitiorum vel scelerum et
 poenarum, commentorum, narrationis et exornationis. Sic
 Athenaeus in excerptis ex Agia Tantalum, quia notissima erat
 sitientis et esurientis i. c. voluptatis dediti poena, *φιλόδονον*
 vocat quem rectius cum Horatio *superbum* dixisset (Carm. II,
 18, 36), *convivam deorum* (I, 28, 7.) Damoclis ensem cum
 saxo super Tantalum suspensio ante nos compararunt Dio Chry-
 sostomus VI p. 216 Reisk. et Sidonius Apollinaris Epist. II,
 13, sed perperam cogitantes ii de Tantalō apud inferos punito,
 Macrobius Somn. Sc. I, 10 de Styge loquens, cum diversae
 Tantalī poenae ferrentur, binos Tantalos introducit, alterum
 Damoclis instar efficientem vel cum Damocle confusum. *Ipsam*
quoque poenarum descriptionem de ipso usu conversationis
humanae sumptam crediderunt; vulturem iecur immortale ton-
dentem nihil aliud intelligi volentes — Illos aiunt epulis ante
ora positīs excruciaci fame et inedia tabescere, quos magis
magisque adquirendi desiderium cogit praesentem copiam non
videre et in affluentia inopes egestatis mala in ubertate pa-
tiuntur nescientes parta respicere, dum egent habendis. Il-
los radiis rotarum pendere districtos — saxum ingens volvere

— *atram silicem lapsuram semper et cadenti similem illorum capitibus imminere qui arduas potestates et infaustam ambiunt tyrannidem, nunquam sine timore victuri et cogentes subiectum vulgus odisse dum metuat, semper sibi videntur exitium quod merentur excipere.* Eustathius ipsius Alcmanis verbis de Tantalō conviva deorum utitur ad explicandum lapidem in orco eidem imminentem Odyss. 1701, 22: ὅτι. δὲ φαντασία ἦν καὶ τὰ ἐπὶ Σισύφῳ ῥηθροσύμεια; πλάσματα δηλοῦ καὶ ὁ Ἄλκμαν ἐν τῷ ὀρέοντι μὲν οὐδέεν, δοκέοντι δέ, in quibus mire flectit poetae verba, cum scribere debuisset ἐν τούτοις ὀρέων μὲν οὐδέεν, δοκέων δέ. Caeterum nolo nunc quaerere, num recte tormenta ab Homero descripta pro phantasmatis habeat Ulyssis oculis oblatis, aquam et fructus Tantalum fugientes, Sisyphi rupem, quem φαντασίαν τοιαύτην ἐν Αἴδου πέμπειν τῷ βλέποντι dicit p. 1701, 58, nec fortasse cogitandae sint umbrae sive simulacra aquae et fructuum, rupis et vulturis quoque iecur Tityi lacerantis; sed certe quod ad saxum Tantalō apud inferos imminens, argumentum certum non poterat deduci ex fabula primitiva de Tantalō conviva deorum.

Accedit fabula et ab ea quam ex Agia et Alcmane novimus et ab Homericā prorsus diversa. Tantalus rex Sipylī fuisse ferebatur (Aesch. Niob. Apollod. III, 5, 6), in qua urbe etiam sepulcrum eius ostendebatur (Pausan. II, 22, 4. V, 13, 4.) Urbs Sipylus, Tantalī nomine poetico dicta, terrae motu vastata est. ⁵⁾ Iam cum summa impotentia et superbia Tantalō imputari soleret, novo ei afficto sacrilegii et periurii crimine, cum canem aureum ex Cretensī Iovis templo a Pandareo sublatum penes se occultaret et misso a Iove Mercurio reddere refragaretur, Iovem iratum Sipylum super eum iniecisse, sicuti Gigantes rebelles montibus obtegit, ⁶⁾ poetae cecinerunt, lo-

5) Aristot. Meteorol. II, 8 γενομένου δὲ σεισμοῦ τὰ περὶ Σίπυλον ἀνεστράφη. Alia de Tantalide terrae motu eversa et in lacum mutata veterum testimonia affert Tafel Dilucid. Pind. p. 40.

6) Theogn. 1024 οὐδ' εἴ μοι Ἰμῶλος ἔπεισι κάρη. Orestes in Euripidis Iph. T. 290 Furiam putat advolare πέρινον ὄχθον ὡς ἐπεμβαλῆ.

gographi sub eius imperio urbem esse eversam retulerunt (Strab. I p. 58. XII p. 579, Anton. Lib. 36. Plutarch. adv. Stoic. p. 1059 c), inter se consentientes et de crimine et de poenae genere. Quod post Munckerum ad Hyg. 82 Porsonus ad Orest. 5 pro saxo Tantalō Sipyllum montem impendere, montem igitur in medium aetherem sublatus, in quo Tantalum suspensum alium lapidem, solem, sibi imminuentem timere vidimus, mirus sane error est. Neque excusari potest is error Asclepiadis, docti hominis et ingeniosi, invento apud Schol. Odys. XI, 582, qui spreto et furto canis et saxi minantis simulacro, propter crimen a Pindaro positum Tantalum Sipylo iniecto obrutum esse vult. Quam veterum fabularum sive emendationem sive novam conglutinationem minime ineptam Scholiastes Pindari ad v. 97 aut non novit aut non intellexit, qui scribat: *περὶ τῆς τοῦ Ταντάλου κολάσεως ἕτεροι ἐτέρως λέγουσιν*, et post narratum furtum canis inconsiderate addat: *καὶ οὕτως τὸν Δία ἐπιθεῖναι κατ' αὐτοῦ Σίπυλον τὸ ὄρος, ὅπερ εἶναι τὸν λίθον*, nimirum Pindari *καρτερόν λίθον* apud inferos. 7) Et fuit tamen qui in Antonini Liberalis verbis: *Τάνταλον δὲ ἐπεὶ τὸν ὄρκον ἐφένεσαστο κατέβαλε καὶ περὶ αὐτὸν ὑπὲρ κεφαλῆς τὸν Σίπυλον*, emendaret *καὶ ἐπὶ ἠώρει αὐτῷ ὑπὲρ κεφαλῆς*. Ita factum est ut, quum ex Scholiastae Pindari testimonio Alcaeus et Alcman *λίθον ἐπαιωρεῖσθαι τῷ Ταντάλῳ* dixerint, Fr. Osannus in Museo Rhenano 1833 I p. 62 s. Ed. Gerhardi coniecturam quandam tueri et *Alcaei* verba in Scholiorum codicibus corrupta: *μέγας ὄας* (Vratisl. D. *μέγας . . .*) *οιμίδια λίθος*, in hunc modum restituere conatus sit:

*κέῖται πᾶρ κεφαλᾶν μέγας
ὄρεος Σιπύλω λίθος.*

7) Schol. ad v. 90 non distinguit quidem crimina, sed non confundit poenas. *Ἄλλοι ἄλλως περὶ τῆς τοῦ Ταντάλου κολάσεως φασίν. οἱ μὲν γὰρ ὑποκεῖσθαι αὐτὸν φασὶ Σιπύλῳ τῷ Ἀυδίας ὄρει. Ζεὺς γὰρ ἀποσιείλας τὸν Ἑρμῆν πρὸς αὐτὸν ἵνα τὸν κίνα λάβῃ — ὄργισθεῖς ὁ Ζεὺς ἐπέθηκεν αὐτῷ τὸν λίθον.* Eustathius Odys. XI, 581 p. 1700, 21—1701, 22 modo recte distinguit, tum autem alucinatur.

Quem sequuntur in Alcaci reliqui edendis Schneidewin p. 286 n. 74 et N. Lud. Ahrens de Gr. l. dial. I p. 252, nisi quod scribunt ὑπὲρ κεφαλᾶς, περ κεφάλας. Quod equidem antea monueram, de quo nunc facilius iudicari poterit: „die Beschaffenheit des Mythos schliesst den Berg, wie mit der vollkommensten Bestimmtheit zu versichern ist, aus, Osannus refutari posse putabat „disertis Antonini verbis καὶ ἐπηώρει αὐτῷ (ita e Koenii coniectura)“ — quam merito improbaverant Bastius et Kochius —“ collatis Scholiastae ad Odysseam verbis: ᾧμοσεν ὁ Τάνταλος μὴ ἔχειν, ὅθεν ὁ Ζεὺς κατέστρεψεν αὐτῷ Σίπυλον τὸ ὄρος,“ quasi κατέστρεψεν non toto coelo diversum esset ab ἐπηώρει. Nostram coniecturam in ωασιμιδα inesse θρασυμιδα (Jahrb. f. Philol. u. Pädag. 1830 p. 32), pro Pindarico θρασυμίδης, non habet quo se tueatur nisi nomina propria, Λυκομίδαι (C. I. Gr. I p. 441), Ωκυμίδης (Batrachom. 217, sic scribendum pro Ωκυμίδης), Ἀγαμίδης, Μιδεία: sed propria ab adiectivis forma non ita frequenter distinguuntur. Th. Bergk et in priore Lyricorum editione p. 688 montem respuit et in altera p. 726, in qua „quamvis dubitanter“ scripsit μέγας, ᾧ Αἰσιμιδα, λίθος.

Liberrime et temere commiscere diversas et culpas et poenas Comicis licuit. Et Nicolaus quidem supra memoratus, cuius nomen aliunde non notum, non erat quod mutaret Valckenarius, apud Stob. XIV, 7 parasitos docens a Tantalō originem ducere, a conviva deorum proficiscitur, Euripidea addit, ne Sipylo quidem iniecto parcat, quem nove interpretatur.

Τὸ τῶν παρασίτων, ἄνδρες, ἐξεῖρεν γένος
 Διὸς πεφουκῶς, ὡς λέγουσι, Τάνταλος.
 οὐ δυνάμενος δὲ τῇ τέχνῃ χρῆσθαι καλῶς,
 ἀκόλαστον ἔσχε γλώσσαν, εἴτ' ἀκουσίῳ
 δίφρῳ περιπεσὼν δυναμένῳ λιμὸν ποιεῖν,
 ἀπὸ τῆς τραπέζης ἐξαπίνης ἀπεστράφη.
 ἄφρω δὲ πληγεὶς εἰς μέσην τὴν γαστέρα
 ἔδοξεν αὐτῷ γεγόνει τᾶνω κάτω,
 Σίπυλόν τε τοῦτον ἀνατετράφθαι τὸν τρόπον.
 καὶ μάλα δικαίως· Φαῦξ γὰρ ὦν οὐχ ἱκανὸς ἦν
 τὴν τοῦ τρέφοντος εὐ φέρειν παρρησίαν.

Alcmanis

fragmentum de sacris in summis montibus peractis.

Athen. XI p. 498. Ἀσκληπιάδης δὲ ὁ Μυρλεανὸς ἐν τῷ περὶ τῆς Νεστορίδος φησὶν, ὅτι τῷ σκύφει καὶ τῷ κισουβίῳ τῶν μὲν ἐν ἄστει καὶ μετρίων οὐδεὶς ἐχρῆτο, συβῶται δὲ καὶ νομεῖς καὶ οἱ ἐν ἀγροῦ· ὡς ὁ Εὐμμειος· Πλησάμενος δῶκε σκύφος, ᾧπερ ἔπινεν, οἴνου ἐτίπλειον, καὶ Ἀλκμᾶν δέ φησι·

Πολλάκι δ' ἐν κορυφαῖς ὄρεων, ὅκα
θεοῖς ἄδη πολύφανος ἑορτά,
χρύσειον ἄγγος ἔχουσα, μέγαν σκύφον,
οἷά τε ποιμένες ἄνδρες ἔχουσι,
χερσὶ λεόντειον σπαλαθεῖσα
τύρον ἐτίρησας μέγαν, ἄτρυφον,
ἀργιφόνταν.

V. 1 ὅσα Cod. B. 2. πολύφανος libri, πολύφωνος Ursinus, Steph. (*multivoca solennitas*), Casaub. Dorismi ignari, de quo cur dubitet H. L. Ahrens de dial. Dor. p. 182 non video, cum praeter nota illa θεαρός, ἄτα, πρᾶτος (Πρατόλαος, Πρατόνεικος C. I. Gr. n. 1261. 1250, utrumque nomen etiam in titulo Spartano a me edito) apud ipsum Alcmanem habemus ὀπάρα et θάκα. Quod autem Ahrensio placet a Bergkio editum πολύφουινος (πολύθουινος), non quadrat ad montes in quibus non apparabantur epulae, cum πολύφανος optime qua-

dret ad *θεοῖς ἄδη*, librorum et Ursini scripturam. G. Hermannus quidem emendaverat *θεοῖσιν ἄδη*, sed miror hoc Schneidewinum et Bergkium praetulisse, quum ieiunum sit diis placere solemnia, spondeus autem ab Alcmanis tetrametris non abhorreat. 3. *ἔχοισα* A. B. *ἔχουσα* Pal. et edd. 5. *χεροῖ λεοντέον* B. *χεροσίλεον τέον* Pal. ed. pr. et H. Steph. *χεροῖ λεοντέου* L. Cas. prima. *ἐπαλαθεῖσα* libri. Ursinus ex vetustissimi Cod. Farnesiani auctoritate a se emendatum dicit *λεοντέον ἐπαναθεῖσα*. 6. *ἄτροφος ἄρτος* apud Hesiodum, qui in quatuor partes frangi potest. Hinc corrige Hesychii glossam *ἄτροφος, τυρός ὁ πησσομένος ὑπὸ Λακῶνων*. Utrumque fugit Spohnium fuisse de hoc verbo agentem in Lectt. Theocrit. III p. 4. Schweigh. cum Dalecampio cogitabat de *α* intensivo, ut esset *εὔτροφος*, valde *delicatus*. 7. *ἀργειοφρονται* A. *ἀργειοφόνται* B. Pal. *ἀργύφρον τε* V. L. Cas. 1. et edd. omnes. Meliorum codicum scripturam, a librariis corruptam confirmat ecloga ex vetere Grammatico (quem Herodianum esse coniiicio) in Cod. Bibliothecae Hamburgensis, Philol. n. 1, in quo cum duabus aliis observationibus, *περὶ χασμοῦ ἰάμβου* et de vocali dativi plur. libello *περὶ μέτρων* annexis, quam Gottingae a. 1818 a Gurillito acceptam appono cum mendis integram. *Τὰ παρὰ τῆς γραφῆς διαφοροῦμενα· εἰσὶ ταῦτα ἀργειφόντης· καὶ τυρός ἐν τηρήσας μέγαν ἀργύφρον. ἀργιφόντα. εἴκελος ἀστεροπῆ καὶ τὸ ἴκελος, ἀπόλεια. ἐμαντὸν εἰς ἀπώλειαν οἰχίσομαι πλάτων· θάλεια· καὶ ἐν θαλίῃ γεγάννυται· ἀλαζονεία· καὶ τὴν ἀλαζονίαν πλεῖστα παρέχει τῶν ἀνθρώπων ἀριστόξενος. βακχεῖα καὶ ἔξωθεν ἕκαστος. ἔπινεν ἐν δε βακχίῃ ἀρχίλοχος. ὀρθογραφία ταῦτα. Quae sic sunt emendanda. Τὰ παρὰ τῆς γραφῆς διαφοροῦμενα εἰσὶ ταῦτα· ἀργειφόντης καὶ τυρόν ἐτύρησας μέγαν ἀργύφρον ἀργιφόνταν.*

εἴκελος ἀστεροπῆ (Hesiod. Scut. 322) *καὶ τὸ ἴκελος, ἀπώλεια* [καὶ] *ἐμαντοῦ εἰς ἀπωλίαν οἰχίσομαι·*

Πλάτων (versus fragmentis ab Augusto Meineke collectis addendus), *θάλεια· καὶ ἐν θαλίῃ γεγάννυται· ἀλαζονεία καὶ*

τίς ἀλαζονίαν πλείστην παρέχει τῶν ἀνθρώπων;
 Ἄριστόξενος (Hephaest. VIII, 1.) βακχεία καὶ
 ἔξωθεν ἕκαστος ἔπινεν, ἐν δὲ βακχίῃ·
 Ἀρχιλόχος. *) ὀρθογραφικὰ ταῦτα.

Athenaci libri A B P in fine ἀργιφόντα verbi, conser-
 vati in Cod. Hamburgensi, addunt ι, in quod abiit N, ut
 sexcenties factum est in libris et lapidibus. Quod in Cod.
 Hamb. sequitur ἀργύφαν (ἄργυφον) glossa est ipsius quod
 sequitur adiectivi ἀργιφόνταν, qua hic ἄτρυφον loco suo de-
 turbatum est, verbum indubitabile; in Athenaci autem codi-
 cibus VL librarii, cum huic parcerent, pro nimium quantum
 suspecto illo ἀργιφόνταν scripserunt ἀργύφρον τε. Eodem
 vocabulo pessime utitur Scholiastes Lips. Jl. II, 104 in expli-
 cando Mercurii cognomine, quod perperam cum multis aliis
 ad λόγιον et ἐρμειεύτην spectare putat: Ἀργειφόντης δὲ λέ-
 γεται οἰονεὶ ἀργεφάντης, ἀπὸ τοῦ λευκῶς πάντα φαίνειν καὶ
 σαφηρίζειν· τὸ γὰρ λευκὸν ἄργυφον ἐκάλουν οἱ παλαιοί.
 Formam Ἀργιφόντης agnoscunt etiam Didymus et Tryphon
 nominis explicatione perversa Ἀριφόντης, πλεονασμῷ τοῦ ι.
 Sic Zenodotus Odys. XIV, 530 αἰγὸς ὀριτρόφον scripsit
 (Wolf. Proleg. p. CCXV) et archaismi causa Aristophanes
 Av. 276 ὄρνις ὀριβάτης. Mythologi diu est cum perspexerunt
 in Mercurii cognomine duo inesse, prout spectes aut propriam
 significationem utriusque verbi ἄργος et φάντης, Aeolice φόν-
 της, ut in aliis nominibus compositis, aut fabulam de cane
 Argo (coelo stellato, Ius sive lunae custode) et occisore eius
 Mercurio, quo aenigmate albescens et fulgens diei exorientis
 species involvitur. Propriam verbi significationem fabula non
 extinctam esse, hoc fragmento probatur Alemanis, qui quo-
 modo eam intellexerit manifestum est: scripturam enim authen-
 ticam esse non dubitare potest nisi cui librorum Athenaci
 et Grammatici conspirantis auctoritatem una cum rationibus
 mythologicis fastidiose contemnere placeat.

Argumentum fragmenti mirum in modum conversum et

1) Ἀμαλθίης κέρας. Anacreon. σίοντα pro σείοντα id.

tota eius facies mutata est unius vocabuli emendatione quam excogitavit Raphael Fiorillo Obs. in Athen. p. 25 et raro consensu approbarunt Vir doctus in Diario Ienensi 1803 n. 224, Schweighaeuserus ad Athenaeum, G. Hermannus in Diario Ienensi 1816 n. 155 et in Epit. doctr. metr. p. 239, Gu. Dindorfius in Athenaei editione, Mehlhornius in Anthologia lyrica p. 44. 99, Boissonadius in Lyricis Graecis, Lobeckius Aglaoph. p. 307, Emperius in L. Zimmermanni Diario philol. 1835 p. 6, Schneidewinus in Delectu p. 241, Th. Bergkius in utraque Lyricorum editione. Cum enim Aristides de Baccho dixerit T. II p. 29 Iebb. ὡς ἄρα πολλή τις καὶ ἄμαχος ἢ δύναμις τοῦ θεοῦ καὶ δύναμιτ' ἂν καὶ ὄρους πετροῦν, οὐχ' ἵππους μόνον, ὥσπερ καὶ λεόντων γάλα ἀμέλγειν ἀνέθηκε τις ἀπὸ Λακωνικῆς ποιητῆς, Fiorillo haec poetae Laconis verba ex tetrametris ab Athenaeo exscriptis ducta esse et v. 5 verbis λεοντεον επαλαθεισα illud γάλα λεόντων abscondi non dubitavit, neque dubitaverunt tot viri docti, in iis tantum inter se dissidentes, quae nihil faciunt ad rem summam. Itaque scribi voluerunt:

Fiorillo *χερσὶ λεόντειον γάλα τύρον ἐτυρήσας μέγαν ἀργύφρον τε* (θεῖσα glossam esse ratus, ἄγρυφρον aut glossam, aut ortum ex ἀργύφρον.)

Censor eius Ienensis *χερσὶ λεόντεια γάλα θεῖσα*, post quae verba interciderit nonnihil.

G. Hermannus *χερσὶ λεόντεον ἐν γάλα θεῖσα*.

Emperius *θῆσθαι* pro *θεῖσα*, adstipulante Schneidewino, „ut a verbo *ἔχοισα* pendeat.“

Lobeckius *λεοντέον γάλα πλάθεισα*.

Bergkius *λεόντειον γάλα θεῖσα*, „nisi *θαῖσα* malis.“

Opinionem tanto doctissimorum virorum plausu acceptam convellere conari, invidiosum videri possit; sed cum olim contra Schweighaeuserum pugnans coniectura illa totum fragmentum insigniter corrumpi confidenter dixerim, officii potius duco, ut quibus de caussis ita mihi visum fuerit, quamvis sero exponam.

Bacchum leones mulgere, in quem hoc a Bacchis transfertur, optime convenit cum imagine mulierum per trieterica sacra in altis montibus bacchantium, qualem poetae adumbrant, in maius extollentes ii caerimoniarum immanitatem et feritatis illius famam, Alcman autem ex Lydia, maiorum suorum patria, cognitam habere poterat. Apud Euripidem in Bacchis 633 ss. (675 ss.), Dionem XXXII p. 682 aliosque multos Bacchas videmus cervinis pellibus amictas, serpentibus amiculum et brachia cinctas, caprearum, luporum, leonum (quos Nonnus quidem addit XLV, 305 aliisque locis) catulis dantes turgidas lacte mammas, thyrsos et ferula petras atque terram percutientes, unde profluunt aquae fontes et vini: digitos terram radentes sequitur lac, mel stillat ex thyrsis hederaceis; iuencos dilacerant, tauros prosternunt, carnem citius quam palpebras committas distrahentes, hinnulos discerptos manibus gerunt, liberos ex aedibus rapiunt, adhaeret sine vinculis quidquid humeris imponant, ignis non urit quam in capillis ferunt, telum a viris immissum non vulnerat. Iam eiusmodi mulieres ubi leones mulgent lacte ferino feritatem suam alunt, uti ferocem Amorem leaenae mammam suxisse dicit Theocritus III, 15, et Achillem leonum visceribus et aprorum medulla Chiron nutrit apud Apollodorum III, 3, 16. Tzetzes ad Lycophr. 143 Bacchas leones crudos devorasse ait. *Αἱ δὲ Βάχχαι γυναῖκες ἦσαν ἱεραὶ πρόσπολοι Διονίσου, αἵτινες περὶ τὰ ὄρη σὺν αὐτῶ (inscite additum σὺν αὐτῶ) ἀναστρεφόμεναι περιῆγον οἰκείαις χερσὶ λέοντας καὶ ἕτερα θηρία καὶ ὠμὰ ταῦτα ἤσθιον καὶ νάρθηξι τὴν γῆν καὶ τὰς πέτρας παίονσαι, ὅποτε διψῶεν, γάλα καὶ μέλι καὶ οἶνον ἐπίουον ἀναβλύζειν, δράκοντας δὲ περὶ τὰς κόμας εἶχον ἐσπειρημένους.*

Inter mulctum autem leonum, in quo cernitur vis et audacia Bacchae, et casei confectionem, inter Maenadum immanitatem et pastoritiae vitae tranquillitatem et sedulitatem immane quantum interest: neque caseus continuo fit ex lacte in vas infuso (*χερσὶ λεόντειον ἐν γάλα θεῖσα*), sed ex lacte post

aliquod tempus coagulato. Alcmanis est *λεόντων γάλα ἀμέλγειν*, res in poesi salis probabilis, neque obrudenda ei res prorsus inaudita et si qua alia ridicula, caseos ex leonum lacte premi et caseo delectari Bacchas. Altero loco Alcman *γάλα ἀμέλγειν*, de caseo autem nihil dixit; altero non magis *γάλα* scripsit, quod cum *θεῖσα ἐτύρησας* non potest coniungi, quam *ἀμέλγειν*, quod cum alicubi scripsisse Aristidis testimonio constat. Non hoc modo rhetores poetarum dicta commutare, sed ex ipsis eorum verbis ornatum quaerere solent.

Sed ponamus Bacchas leones mulgentes simul pastoriolum opus exercuisse, num earum est deos hymnorum concentu celebrare, vasibus aureis uti? Poeta autem festum describens non de Baccha loquitur; sed familiariter alloquitur eam quae saepe diebus festis caseum presserit magnificum, et mirum sane esset poetae commercium cum Baccha ex earum genere, quas nemo unquam vidit, cum casei descriptio qualis haec est, *μέγας ἄτροφος, ἀργιφόντας*, ad rem veram, quam viderunt omnes vel videre potuerunt, spectare videatur. Lobeckius *ὄρειβασίας* et bacchantium coctus et Cyrenen aut Atalantam aliquam cogitans, quam non dedeceat casei confectio, ad quam invitetur Galatea Theocriti XI, 65, non reputavit differre quam maxime inter se caseum et caseum leoninum, Baccham et vel Aristaei vel Dianae cultricem sive sequacem.

Multo minus quam Baccham, de qua eum narrare in mentem venerat Fiorilloni, poeta Nympham ita ut facit compellere poterat, „de qua“ eum loqui Schneidewinus et Bergkii sumserunt. Bergkiius citat *Μέθην* et *Δαῖτα*, quam in Cereris comitatu Sophocles in Triptolemo vocavit *προεβίστην θεῶν*, simulque in fine fragmenti coniicit *Ἀργειφόντα*, quo nomine Bacchus appelletur ut a Sophocle Apollo, qui tamen Sophocleis *Ἀργειφόντης* est Pythii draconis occisor, *ὄφιοκτόνος, ὃς ἔπεφνεν ἀργῆν*. In Nymphas Bacchicas, quamvis ad exemplar Baccharum fictae sint, fere ut Satyri plebeculae in Dionysiis sub hircorum specie exultantis imaginem exhibent,

ferocitas tamen non est translata Baccharum, furore a deo immisso in Boeotia aliave regione primum inter mortales apparente agitarum. Imitatio erat moderata, sufficiebant thyrsus, tympanum, fax, nebris, alia quaedam. In vasculorum picturis chorus hic Bacchi varias agit partes, adscriptis nominibus discretas, qualia sunt *ΧΟΡΕΙΑΣ*, *ΘΑΛΕΙΑ*, *ΕΥΟΙΑ* (*Euias*), *ΟΠΩΡΑ*, *ΕΙΡΗΝΗ*, *ΓΑΛΗΝΗ*, quarum personas *Μέθη* quoque ille refert, hilaritatem ebriorum, fortasse litubantium exprimens. Sculptura inde a Scopas et Praxiteles Nymphas, Bacchi comites, ut plurimum saltantes et Satyrorum blandimentis et libidini expositas repraesentat. Ab hac norma si quando deviatum invenimus, factum est id ea poeseos et artis aetate, qua plurima, fabularum et personarum proprietate neglecta, novis commentis atque lusibus variata, confusa, alia aliis temere immixta sunt. 2)

His argumentis vix opus est ut addam, a Laconia bacchantium coetus alienos esse, neque Baccharum vetusta aetate, neque dithyramborum posteriore ibi inveniri memoriam. In Laconia Platone auctore Legg. I p. 637 neque rure, neque in urbibus quas gubernabant Spartiatae, vel computationes celebrabantur, vel in ipsis Bacchi solemnibus comus ebrius agitabatur; leges haec ab universa regione exterminaverant. Pausanias Amyclaeum Bacchum Psilacen, Coloniae Bacchum virginum cursu, Bryseis a mulieribus sacris secretis, in Cranee insula veris initio, igitur Bacchum *Εὐάνθη* cultum, Brasien-

2) In gemma antiqua sculpta, in duobus rarissimis libris edita, Nympha Bacchica mammam dat pantherae catulo, quem petulans Satyrus cauda apprehensa abstracturus est. *Choix de pierres ant. du Cabinet du duc de Marlborough* T. II tab. 50. (*Payne Knight*) *The worship of Priapus* tab. 18 p. 128. Contra Bacchae esse videntur quas in vasculo picto vidi apud Millingenum, in ulnis gestantes, alteram hoodum, alteram pardalin, fere ut de Bacchis Euripides Bacch. 693:

καὶ τὴν ἄν προσεῖδες εὐθελὸν πόρην
μυκωμένην ἔχουσαν ἐν χερσὶν δίχα·

ἄλλαι δὲ δαμάλας διεφόρουσιν σπαράγμασιν.

Aliud vas pictum edidit R. Politi sulla tazza dell'amicizia, Palermo 1834. in quo Baccha thyrsum sinistra manu ferens, dextra tigridem, quae supra brachium extensum incedens ipsam petit, posteriore pede retinet.

sienses eundem apud se in antro et horto nutritum narrare refert (III, 19, 6. 13, 5. 20, 4. 22, 2.)

Quum igitur pro certo habeam, Alemanem Spartanam mulierem alloqui, ab ea dixerim saepe diebus festis, pompa in montem instituta, dum multae voces deos canerent, caseum magnum, solidum atque candidissimum pressum esse, ut in magno vase aureo Dianae et Nymphis offerretur. *Ἀνυρον μέγα χρυσίον* a virginibus in solemnibus portatum videmus in scolio apud Athen. XV p. 695. Caseos diis oblatos esse, non mirum est. Athenaeus XIV p. 658 dicit ait: *τοὺς δὲ λεπτοὺς τῶν τυρῶν καὶ πλατεῖς Κρηῆτες Θηλείας καλοῦσι, ὡς φησι Σέλευκος, οὗς ἐν θυσίαις τισὶν ἐναγίζουσι*. Panibus et placentis cum aliis diis, tum Dianae oblatis animalia cuique eorum sacra exprimi solita sunt (qui mos etiam in aliorum populorum antiquitate obvius est), ut vacca Cyzici in Proserpinae festo (Appian. B. Mithrid. 75), Iovi Athenis in Diasiis nescio quae animalia (*τινὰ πέμματα εἰς ζώων μορφὰς τετυπωμένα*, Schol. Thucyd. I, 126). Dianae cervus Elapheboliorum die (Athen. XIV p. 646 e). Syracusanae Dianae Grammaticus, cuius in fronte Theocriti quaedam leguntur *περὶ διαφορᾶς τῶν βουκολικῶν*, pastores hymnum canentes panem gestare ait *Θηρίων ἐν ἑαυτῷ τύπους ἔχοντα*. Diomedes III p. 483: *erat panis magnus omni ferarum imagine completus*. Probus autem *de bucolici carminis ratione* ipsos panes *figuras ferarum vel pecorum* retulisse dicit, quod verum puto, ita ut *ἄρτοι Θηρίων ἐν ἑαυτοῖς τύπους*, singuli panes suum quisque typum, *Θηρίου ἐν ἑαυτῷ τύπον* haberet. In nostris terris butyrum passim in agni formam fingere solent. Simile igitur institutum fuisse in festo Laconico coniicio, ubi virgo sacra vel mulier, magno cum honore operi faciendo electa, accinente choro, caseum Dianae et Nymphis consecrandum premeret, vel leonis imagine ornatum vel in similitudinem leonis formatum. Leo Syracusis in luco Dianae, quae *πότνια Θηρῶν* vocatur in Iliade, *ἀγρίων δέσποινα Θηρῶν* ab Anacreonte, cum aliis feris in pompa (Theocr. II, 67), in arcā

Cypseli a Diana manibus ducebatur una cum panthera. Ambraciae quoque leaenam, de cuius cultu fabulam noviciam narrat Aelianus (H. A. XII, 40. cf. Ovid. in lb. 504), anlea ad Dianam spectasse ex Antonino Lib. 4 patere puto.

Difficultas sola est in verbis ad casei confectionem spectantibus *λεόντεον επαλαθεισα*. Adiectivum nemo in suspicionem vocavit; si pro eo haberemus substantivum, verbi emendatio facillima foret, quam Ursinus fecit, *επαναθεῖσα*, ut caseo leonis figura imposita fuerit, siculi ex Grammatici Graeci et Diomedis sententia panes ferarum figuris ornati erant. Ut nunc res est, nihil restat quam ut *λεόντεον*, cum *τύρον* coniunctum, insolentius de forma dici coniciamus (Löwenkäse) et potest hoc nomen fuisse vulgare et proprium, ut Argivorum *χάλκεος ἄγων*; nam in talibus brevitatis potius, quam iusta rei denominatio vel descriptio quaeritur. Participium ad ipsius casei confectionem pertinet; quod si fuit *παλαθεῖσα*, verbum non potest deduci a nomine *παλάθη*, quod „cum ficorum et nucum compressam massam significet, etiam de aliis in solidam massam coactis dici potuerit,“ ut *παλαθεῖσα* sit *in massam cogens*. Qui proposuerunt *πλαθοῖσα* (*ἐπιπλάττουσα* Delecampius), putaverant *πλαθεῖν* dici pro *πλάσσω*, ut invenitur dictum pro *πελάζω*. Et *πλάθανον* quidem hinc videtur derivatum esse. Poll. VI, 24. *ἐνθα δὲ ἐπλάττοντο οἱ ἄρτοι, πλάθανον· ὁμοίως δὲ καὶ δι' οὗ ἐπλάττοντο*. Alterum offert Theocritus XV, 115: *εἶδατα θ' ὅσσα γυναικες ἐπὶ πλαθάνῳ πονέονται*, unde formatur *πλαθανίτης* (Meinek. Com. fr. II, 3 p. 642), alterum confirmat Phot. Lex. p. 431, 20 *πλάθανον ᾧ διαπλάττουσι τοὺς ἄρτους*. Qua quidem significatione accepta *παλαθεῖσα* et sensui et metro convenit, modo *λεόντειον* scribatur pro *λεόντεον*, quod ex vetere scriptura superesse possit, ut *ε* pro *ει* in *Ἀργεφόντης* apud Hesych. et Eustathium, in *ἀνδρεφόντης, ὄρεφροίτης*. Potest tamen etiam aliud verbum extitisse, a *σπάθη* derivatum, quo admissa prima quoque participii littera (pro *E* rotundo) servatur, *σπαθαλέω*, ut revera habetur *σπαταλάω*, et transpositis litteris (ut in

τανταλώ ταλαντάω, κελαρύζω λακέρυζα, ἀμυθρέω ἀρι-
θμέω) σπαλαθέω, et adest adeo ab eadem radice σπάλαθρον.
In σπαλαθεῖσα ne terminalio quidem mutanda est, cum
forma verbi in μί in fragmentis Aeolicae dialecti et doricae
ut in Ibyceis, adeo frequens sit.

Casei consecrandi dignitati convenit et vas aureum et
archaismus ultimi verbi ἀργιφόνταν. Eiusmodi epitheta sanc-
titalatem vel gravitatem quandam habuisse videntur, ita ut vel
mutata significationē iis uli placeret. Sic Sophocles Apollinē
Ἀργειφόντην, draconis occisorem, Phrynichus autem tra-
gicus, prioris vocabuli ea usus significatione quae est in ἀρ-
γίποδες κύνες, taurum Europae ἀργιμήτην vocavit (Hesych.
s. v.) Non igitur de nihilo est quod caseum sacrum Alcman
epithelo insignivit quale est ἀργιφόντας.

F. Th. Welcker.